DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA

DE

TYPO MORBORUM

I.

QUAM

AUCTORITATE ET CONSENSU GRATIOSAE
FACULTATIS MEDICAE

PUBLICE

DIE XV. JUNII MDCCLXXXIX.

DEFENDET

FRANCISCUS JACOBUS DUNCKER
PYRMONTANUS.

GOETTINGAE,
TYPIS H. M. GRAPE, ACAD. TYPOGR.

Digitized by Google

Digitized by Google

§. I.

Ad eum quidem perfectionis gradum quamvis nondum ſit evecta medicina, ut omnibus, quorum promittit ſanationem, mederi poſſit morbis, ſiquidem cauſſa morboſa virtutem remediorum ſæpe eludit: id tamen, quod arti ſalutari ineſt certi, experimentisque comprobati, etſi minimum eſſet, cum in ægrorum cedat utilitatem, quod ex hypotheſium, quibus premitur, eruatur tricis, digniſſimum eſt. Verum abſolutam omnium, quæ in medicina certa & indubitata ſunt, tractationem, cum vires & ſpeciminis academici limites contracti vetent, de typo morborum acturus, niſi eruditione, ſaltem materiei dignitate placebo: tam præſtantis enim uſus eſt temporis, quo morbi exacerbantur, obſervatio, ut non modo quam de eorum exitu concipere licet ſpes, verum etiam indicationes inde hauriantur, & momenta medicamentis porrigendis maxime idonea cognoſcantur.

§. II.

Morbos nunc increſcere, nunc mitiores fieri, prout effectus cauſſæ morboſæ vel augentur, vel minuuntur, jam notavit antiquitas, dum tria numeraverint morbi ſtadia, principium nimirum, ubi morbus nondum omnibus ſymptomatibus ex cauſſa fluentibus, vel iisdem tantum mitioribus ſtipatus eſt. Quam vigorem vocant, ſecunda morbi periodus, cauſſam morbi magis evolutam, quia omni vi activam habet, ſymptomata tum quoad numerum & magnitudinem ad ſummum pervenere, eaque periodo, vis vitalis cauſſam morboſam vel vincit, vel ab hac ſupprimitur. In tertio demum, decrementi ſtadio, cauſſa morboſa vel imminuta, vel ſublata, ſymptomata remittunt. In acutis morbis hæc tempora diſtincte, in chronicis non æque bene, quamvis revera adſint, animadvertuntur. Cum igitur morbi nonnulli definitas, alii vero niſi determinatas, certe quæ e ſymptomatum incremento prævideri poſſunt, forment exacerbationes, ad felicem morborum ſanationem confert omnino recta horum temporum obſervatio.

Sic enim morborum ſunt alii, ubi cauſſa morbi ſtatim tolli; ſaltem, ne majori ſymptomatum incremento vires frangantur, caveri poteſt. Antiphlogiſtica remedia fe-

bres

Digitized by Google

bres, quibus opponuntur, ſæpe in herba jugulant: quin in eo felicis praxeos fundamentum mihi videtur poſitum, ſi, morbi indole ſtatim cognita, medicus iis utatur remediis, quibus materies morboſa mox eliminatur, iis enim, ſi eo tempore, quo ſymptomatum vis eorum impedit actionem, porriguntur, haud raro nocebunt, cum is, qui momenta, quibus natura cooperatur, obſervat, non æque ſpe ſua fruſtratur.

§. III.

Morbi exacerbatio ponit motuum in corpore inordinatorum, ſymptomatumve quoad numerum & magnitudinem incrementum, hoc, ſi temporibus determinatis contingit, morbo diebus intercalaribus ſanitatem quaſi ſimulante, periodum ſeu typum ſervare dicitur, quæ vero morbi exacerbatio temporibus recurrit non definitis, hanc, atypicam vocare liceat: de hac primum mihi ſermo erit.

§. IV.

Cum igitur in morbi exacerbatione ſymptomata quoad numerum & magnitudinem increſcant, hæc vero a cauſſa morboſa, functiones lædente producantur, ſequitur, ut

Digitized by Google

eo tempore vel cauſſa morbi mutata ſit, ita ut corpus vividius inde afficiatur, vel hoc in vi cauſſæ morbi ſuſcipiendæ proclivius factum ſit. Cauſſa vero morbi mutari poteſt primum quoad volumen, idque varia fieri poteſt ratione, vel enim ipſo in corpore hoc augmentum contingere, vel forinſecus ei applicari poteſt. In corpore, ipſa a machina, cujus læſæ ſunt functiones, morbi fomes augeri poteſt; cum enim iſtæ ita inter ſe conſpirent, ut, una læſa, & reliquæ inde afficiantur, fieri aliter nequit, quin tota œconomia in tantum, quantum cauſſa morboſa agit, perturbata, hæc augeatur. Augetur ergo cauſſa deſtructoria tantum, quantum conſervatoria imminuitur. In fluidis cauſſa morbi augmentum capit, ſolidis ab hac irritatis & ad contractiones ſollicitatis. Sic in febre inflamatoria, ſanguine in vaſa minima, cujusque ſint generis, impulſo, oritur febris tam a loci affecti tenſione, quæ febrilem ſpaſmum per conſenſum auget, quam a ſanguine, qui frequentioribus arteriarum contractionibus denſatus, aquoſa parte per calorem conſumta, obſtructioni vaſorum magis adhuc favet. Si igitur noxius, quem in totum corpus exſerit inflammatio hujus iſtiusve loci, impediatur effectus, multum iſta, ſi ſtatim non tolli, certe minui poteſt, quod fit, tenſione partis af-

feʃtæ

ſectæ quantum fieri poteſt relaxata, ſanguinis attritu cohibito & ejus quantitate imminuta, attenuata.

§. V.

Cauſſa morbi materialis in ſanguine adhuc capit augmentum, ſi inſtar fermenti reliquos humores in ſuam naturam convertit: ſic peſtis luisque venereae miasma quantitate tam exiguum, non niſi totam humorum maſſam corrumpendo, tam dira excitare valet ſymptomata: ſi enim ſuſcepti contagii volumen iñc orpore auctum non eſſe dicas, vix comprehendi poſſet, quomodo, vi non imminuta, in alios transferri poſſet, niſi infinite dividuum tibi fingas contagium. Ex ſolidarum partium, & præprimis viſcerum nobiliorum ſtatu præternaturali, cauſſæ morbificæ accedit incrementum, ſi humoribus ſanis elaborandis inepti, malorum proventui ſavent. Sumamus aliquem, cujus pulmones laxa nimis debilique fibrarum compage ſunt conſtructi, ſanguificationis organo læſo, hæc minus bene ſuccedet, & ſanguis, a ſtatu naturali recedens, elaboretur neceſſe eſt: jam vero in ſanguine, nutritioni apto, requiritur juſta partium, e quibus componitur proportio & mixtio, hinc non ſolum totum corpus, ſed & pulmones, debilior pars,

 inde

Digitized by Google

inde male afficiatur. Similia incommoda ex ventriculi vel hepatis vitio in omnes corporis functiones redundare, facile patet, quæ non niſi horum viſcerum ſanitate reſtituta, tolluntur.

§. VI.

Forinſecus (§. IV.) cauſa morbi ab iis rebus quae ſub non naturalium titulo veniunt, augetur & mirum, quantum earum in corpus ægrotum actione, iſta vel augeri, vel etiam, ſi rite applicantur, imminui poteſt. Quos ſæpius in diæta committunt errores ægroti, vel ſanum lædere poſſent. Diverſa aeris conditio, tam in corporis ſuperficiem, quam & præcipue in pulmones vim ſuam exſerit: frigidus iis præprimis in morbis nocet, in quibus natura cauſſam materialem e ſanguine extricare conatur, ſpiracula enim cutis conſtringente, ſanguinemque, ob ſpaſmum, ſuperficiem corporis tenentem, ad interiora pellente, naturæ conamina irrita & ſymptomata majora erunt: ejusdem in affectos pulmones incurſus, cum immediate locum læſum tangat, eos peſſime afficiet. Qui vero criſi adeo favet calor temperatus, ſi in exæſtuantem intenditur, omnia exaſperat ſymptomata, quo quidem regimine, olim qui a Rhaze ad Sydenhamum vixerunt medici, in febris acutis tam infelici ſucceſſu uſi ſunt.

Digitized by Google

ſunt. Aer læſorum pulmonum mox ſolamen mox inimicus, corrigit interdum aereorum ſanguiferorumque vaſorum vitia, vel manifeſtos ſtatim edit exaſperationis ſymptomata; ſic qui aſthmate pituitoſo detinentur, ſi in aere humido, utpote pulmones laxante & pituitam augente vivant, peſſime ſeſe habent, cum ii e contrario, quorum pulmones tuberculis crudis obſidentur, optime eum ferunt, & numquam meliori gaudent ſanitate, quam ſi in mari vehuntur. Quae circa veſperam contingit aeris mutatio, dum nimirum, ſole diſcedente, athmoſphæra refrigeratur, & a vaporibus, a calente terra altum petentibus, humida redditur, multum ad exaſperandum morbos confert; inſenſibilem enim perſpirationem reprimendo, cauſſam morbi auget & ejus excretionem e ſanguine impedit.

§. VII.

Tam internarum, quam externarum functionum exercitio, etiam æger virium jacturam facit, quæ niſi reſtituuntur, nec ſenſus, a munere quisque ſuo, quiescunt, ad morbi exacerbationem conferunt. Hinc ſi adeo vivida ſit cauſſæ morboſæ actio, ut ſomnum capere nequeat æger, non modo quæ ad vim morbi ſuperandam adeo neceſſariæ ſunt vires,

Digitized by Google

vires, non reficiuntur, ſed etiam ſupprimuntur. Is vero eſt vigiliarum effectus, ut, ſolidis indeſinenter ſtimulatis, humorum mutetur mixtio, eorumque circulus turbetur. Ea quoque de cauſſa circa veſperam plerique morbi exacerbantur, vis enim vitalis, quæ homini ſomno refecto agiliſſima eſt, verſus veſperam, docente pulſu celeriore & debiliore, languet; hinc ſomno, quo fluidum nerveum præcipue reparari credunt, intercepto, ſanguinis per vaſa trajectus inæqualis erit, eiusque maſſa per diem aucta, vi vitali vero imminuta, cum hæc illi ſuperandæ non par ſit, ſanguis hic, illic accumulabitur, donec adeo augetur, ut vaſa vividius ſtimulet, eaque cum impetu, motui naturali contrario, tranſeat: quo quidem cum aſſerto convenit pulſus ſub veſperam inæqualitas.

§. VIII.

Animi pathemata, quorum in corpus ſanum tam noxius eſt effectus, in ægrotum magis adhuc tyrannidem ſuam exercent. Cum eos præſertim male afficiant, quorum vis vitalis a levi irritamento ſtatim motus inordinatos edit, omnium morborum nervoſorum paroxysmo favebunt. Sed numquam inde majores in corpore oriuntur anomaliæ, quam

ſi

Google

&c. huc trahendas arbitrantur. Meliori jure hunc in cenſum venire videtur Huxhami febris lenta neruoſa, cujus de origine ſequentia habet: „Itaque manifeſte eſſe reor, hunc „morbum a *ſolidorum ſtatu nimis relaxato*, a ſanguine „macro, tenui, & *a lentore & depravatione humorum lym-„phaticorum nervoſorumque originem trahere:*„ m) Quod idem fere dicendum de *Synocho non putrida* Cel. Grant, demta tamen diatheſi inflammatoria, cum ea conjuncta n). Et majori veriſimilitudinis ſpecie de *febri lenta*, vel *lenta nervoſa*, a Doctiſſimo Glass expoſita, ut ex ejus deſcriptione clariſſime patet o). Quam ipſam, ſub nomine *febris glutinoſae gaſtricae absque affectione locali*, omnium primum accurate definiteque deſcripſit Cel. Sarcone p) in Opere notiſſimo, ſupra laudato, praecipue Tom. III. p. 182. &c. Quocum conferendus Waglerus in Tractatu de morbo mucoſo.

Sed praecipue nobis hic laudandus Aemulus Sydenhami feliciſſimus Stollius *magnus*, qui ut omnino de Medicina, ita de hujus febris ratione, quam *pituitoſam* nominat,

m) Huxhami Op. phyſico med. T. II. C. VII. p. 82.

n) Grant. l. c. V. I. p. 151.

o) Glass Comm. de febr. duod. cur. Ill. Baldinger p. 94. & ſeq.

p) Selle med. Cl. ed. 4. p. 35. Idem Ej. Pyret. p. 267.

minat, praeclare meritus eſt, *Aphoriſm.* p. 127. Qui idem in Ration. med. Tom. II. p. 35. ſub nomine lentae atque nervoſae, febrem quandam anno 1777. Viennae epidemicam, deſcribit; quae tamen, ut e deſcriptione ipſa apparet, cum *pituitoſa* multa habuit communia; Ipſeque l. l. p. 39. ſatetur, febres has epidemicas potius *pituitoſas*, *phlegmaticas*, aut etiam *lymphaticas*, quam lentas nervoſas appellari poſſe, quae eadem, tantum cum exanthemate miliario conjuncta, deſcripta reperitur l. l. p. 162. 254. & 317. item Tom. III. p. 137. &c.

Cum primum mucus ſuperfluus primas in vias deponitur, morbus plerumque lento ambiguoque gradu, &, ut ita dicam, lenitate ſimulata, incipit q). Aegroti fere languidi & tardi, atque invito & nulla morali de cauſa, triſtes atque afflicti ſunt: Somnus interruptus, nec inde quies conſueta: Surgentibus os plenum muci; & guſtatus inſipidus: Cibos capientibus penuria quidem appetitus, verumtamen haud pauca edendi facultas. Ceterum ſitis calorque rarus; digeſtio imbecilla; moleſti ructus, & flatus atque obſtructiones: frequens nauſea, & ad vomendum proclivitas: ſenſus quidam gravitatis atque frigoris, in regione

q) Sarcone l. c. T. III. §. 787.

ne ventriculi, aliaque incommoda, flatum morboſum plus minusve indicantia r).

Quibus longius breviusque continuatis, inuaſio febris ipſa incipit.

Initium ejus fere ab horripilatione aut frigore, cum ſequente calore leni s), e quibus vix febrim agnoſcas. Praeterlapſis duodecim, aut octodecim horis, remiſſio ſequitur ſaepe per tantum temporis ſpatium, ut haec ſaepe ad intermiſſionem proxime accedat t).

Paroxysmo primo, quamvis leni & obſcuro, finito, ſudor oritur inutilis, per totius morbi decurſum durans u). Paroxysmus novus, huncque excipientes, in quibusdam per ſymptoma rudius aut fortius erumpunt; in aliis, praecipue verſus prioris hebdomadis finem, per ſenſum tranſpirationis calidae, ſupra faciem fuſae, apparent v). Febris acceſſiones, jam prima hebdomade, paullatim tectiores, remiſſionesque obſcuriores, incertiores imperfectioresque evaduut,

r) Sarc. l. c. Tom. II. §. 371. Grant. l. c. T. I. p. 171. Roed. & Wagler p. 60. 67.

s) Glass l. c. p. 104.

t) Sarcone l. c. §. 355. 356. 358. & 784.

u) Idem l. c. §. 426.

v) Idem §. 356.

Digitized by Google

dunt, & ſaepe adeo evaneſcunt. Verumtamen quotidie, aut certe quolibet tertio die, e Symptomate deteriori qualicunque Exacerbationem ſuſpicari licet.

Sunt, quorum pulſus ab initio inaequalius moveatur, & nunc celerius, nunc durius impellatur. In aliis ab initio parum aut prorſus non turbatus eſt; deinde vero, nunc vividior & plenior, nunc debilior, inaequalior intermittensque invenitur. w). Calor admodum tenuis & inaequalis, ſed tactu mordax & urens, inferioresque extremitates haud raro frigidae ſunt, cum ſuperiores calidae reperiantur x). Caput ingraveſcit, plus minusve dolet, ſaepe unam tantum eandemque minutam, capitis partem infeſtans. Praeterea omnes fere de auditu gravi, auriumque tinnitu atque ſuſurro conqueruntur, ſuntque anxii, viribus admodum exhauſti, animoque afflicti y). Reſpiratio ſaepe parum mutata, ſaepe vero etiam cum anhelatione conjuncta, tarda, difficilis atque ſuſpirioſa eſt; ſed in pectore affecto, fit laborioſior atque difficilior, nec dolore obtuſo caret z).

Aegri

w) Sarcone §. 370. Stoll Aphor. §. 377. Selle med. cl. p. 36.
x) ——— l. c. §. 386. Glass l. c. p. 95.
y) ——— l. c. §. 373. 378. Huxham l. c. T. II. p. 80.
z) ——— l. c. §. 376.

Digitized by Google

Aegri pallidi ſunt, aut colore ſubflavo a), plus minusve mutati & conſternati b): Splendor oculorum imminutus; ipſi lucis impatientes; eorum obtutus rigidus, aut etiam demiſſus c).

Omnes de preſſionibus, ſenſu gravitatis, frigoreque in praecordiis conqueruntur d). Quidam e majori ſalivae copia, mucoſam quandam, aut acidam, aut etiam bilioſam materiem vomere ſolent. Alii tantum nauſea moleſta gravique urgentur, quae ad ſcreandi frequentiam eos cogit e).

Lingua ſaepe, incipiente morbo, obtecta muco quodam admodum tenaci, albo, lardo que, aut glutini ſcriniariorum ſimili; qui paullatim augeſcens, ad palatum, labia, dentes fauceſque propagatur f); color vero ejus in ſubflavum, ſubfuſcum atque nigricantem deinceps abit g). Guſtatus plerumque vappidus, inſipidus, raro acidus, rarius amarus eſt h); ſed cibi atque potus cupiditas prorſus nulla i).

 Ab

a) Sarcone l. c. §. 369. 385.
b) ——— §. 366.
c) Huxham l. c. p. 81. Sarcone l. c. §. 374.
d) Sarcone §. 380. Stoll Aphor. §. 377.
e) Sarc. §. 379.
f) ——— l. c. §. 425. 368. Stoll aphor. §. 377.
g) ——— §. 395. h) Sarc. §. 460. i) Sarc. §. 380.

Digitized by Google

Ab initio ſtatim prorumpunt ſudores ſymptomatici, tum ſupra totum corpus, tum ſingulas ejus partes, veluti palmas, collum pectus &c. k). Urinae miſſio oritur ſaepe gravis aut ſuppreſſa, ſaepe etiam ſtranguria l). Urina ipſa pallida eſt, aquoſa, lympida, interdum etiam turbida m).

Aluus, ab initio, plerumque adſtricta eſt, tum relaxata, denique ex inteſtinis laborans, cumque teneſmo evacuationem faciens n).

Somnus atque recreatio rara; agrypnia frequens; ſaepe etiam ſopor o). Vox rauca, ſaepe ſtridens; oratio obſcura atque murmurationi ſimilis p). Saepe ſtatim ab initio inſania, praeſertim tempore exacerbationum q).

Quodſi venaeſectio, primo morbi ſtadio inſtituatur, ſanguis ſaepe obducitur cruſta tenaci, denſa mucoſa, atque cineracea, r) quae Auctore Sarcone, conſtat certis quibusdam lamellis aut ſtratis, inter quae ſubſtantia gelatinoſa, alba, & aquula conſperſa latet s). Cruſtae huic cum cruore conjunctio fere levis, aut prorſus nulla eſt t); cruor ipſe parum aut

k) Sarcone l. c. §. 391. 426. l) Sarc. §. 368. m) Sarc. §. 384. 427.
n) ——— l. c. 383. Glass p. 95. o) Sarc. §. 365. 377.
p) ——— §. 365. 366. 378. q) Ejusd. §. 372. r) Ejusd. §. 465.
s) ——— §. 502. t) Ejusd. §. 465.

aut prorſus non coagulatus, ſed aquoſior, tenacior, ſaepe ſubrufus difficilisque incenſu invenitur. u).

Quae omnia, plus minuſve conſtantia, aut perpetuo increſcentia, morbi augmentum clare docent; Aegrotique primum periculo vitae exemti, jam in ſummo diſcrimine verſantur.

Febris antea *remittens*, aut *intermittens*, jam fit continua, verumtamen ita, ut non niſi tertio quolibet die aeger ingraveſcat v). Pulſus oritur inaequalis atque debilior; w) Spiritus foetidus x); reſpiratio moleſtior, difficilior, magisque ſuſpirioſa y). Inſania magis magisque augeſcens, ſaepe in ſoporem degenerat, aut inſomnia, abſque interruptione, aegrum defatigat; capitis vero dolores vehementiſſimi angunt z).

Jam aegri facies magis mutata, animusque demiſſus apparet: Oculorum ſplendor plus obtunditur, & in caliginem rigoremve convertitur a). Lingua, glutine albo antea obducta, jam colorem ducit ſubflavum, aut fuſcum imitantem, etiam nigreſcentem. In medio, & radicem verſus, fit

u) Sarcone l. c. §. 467. & 502. v) Ej. §. 355. 784. w) Ej. §. 392.
x) —— §. 395. y. — §. 396. z) Ej. §. 393. 428. a) Ej. §. 394.

fit ſicca; ad acumen vero & latera, rubida: Denteſque atque labia ſimilibus ſordibus obteguntur b). In multis reperitur deglutiendi major difficultas; vocis tremulatio atque obſcurior, appetitus prorſus nullus; ſed ſitis admodum vehemens c). Calor, antea acer atque urens, jam magis magiſque augetur. Ubique fere prorumpunt variorum colorum petechiae d), miliaria e), nec non aphthae f). Sudor fit foetidus, excretiones aluinae tetrae, putridae atque corruptae; quo ſaepe accedunt meteoriſmus, & ſuppreſſio urinae, quae, ſive una, ſeu alterum ex altero oriuntur. Lumbi cum, & ſine doloribus, tumeſcunt g); in aliis itidem genitalia, in aliis glandulae. In aliis apparet Eryſipelas, in aliis maculae gangraenoſae, in aliis ulcera varia, & ſimilia, humorum putredinem indicantia h).

Quibus omnibus auctis, ſi morbi vehementia nec naturae vi, nec remediorum ſalubritate frangi depellique poteſt; ſiue his remediis neglectis, mors certa aegro impendet.

Ea

b) Sarcone l. c. §. 424. 425. 484. c) Ej. §. 396. 398.
d) ——— §. 369. 388. 403.
e) Glass l. c. p. 95. Stoll rat. med. Tom. II. p. 162. 167.
f) Sarcone §. 424. 460. g) Ej. §. 368. 404. h) Idem §. 399. 405. 406.

Ea vero ſequitur, omnibus ad ſummum perductis, nunc die octavo i); nunc ſeptimana altera, ſaepe tertia vel etiam quarta k). Nonnumquam morbus ad diem ſexageſimum prolongatur, ubi tum exitus varius eſſe poteſt l).

Verumtamen ſaepe etiam febris haec pituitoſa, ſiue ſimplex, ſiue putrida, per varias ejectiones, diebus 11. 14. 17. 21. judicatur; m), raro, via unica, niſi morbus ſit admodum leuis n).

Quo in genere nihil optabilius eſt vomitu atque Diarrhoea leni, frequenti atque opportuna; recteque Cel: Stoll: " *febrium pituitoſarum feliciſſima criſis vomitu atque aluo peragitur* " o). Item ſudoribus univerſis, continuis, neque exhaurientibus, praecipue per febris remiſſionem p).

Aeque utile atque ſalubre *ſedimentum urinae album atque aequale*; q), interdum *effluuium ſaliuae*, aut *anacatharſis pitu-*

i) Sarconne l. c. §. 422. k) idem §. 408. l) idem §. 409. 419. 422.
m) ——— T. II. §. 413. n) idem §. 411.
o) Stoll l. l. T. II. p. 39. 254. Ej. Aphor. §. 382. Sarc. l. c. §. 438.
p) Sarcone l. c. §. 412. Stoll. l. c. Tom. III. p. 142. Grant l. c. p. 206. Huxham l. c. p. 93.
q) ——— l. c. §. 438. 484. 412.

pituitoſa: r). Item puſtulae variae & parvae circa nares & labia; miliaria alba, quae ultro frequentibus ſudoribus conjuncta, prorumpunt, morbum ſaepe tollunt s). Faciunt huc interdum etiam Exanthemata eryſipelatoria aliaeque eruptiones cutaneae, nec non glandularum intumeſcentia, vlcera, ipſa adeo ulcera ſphaceloſa, cum aliis levantibus ejectionibus conjuncta t).

Quod ſi febris, de qua ſermo nobis eſt, ingraueſcit, hae euacuationes & exanthemata ei curandae haud ſufficiunt, idque praeterea hoc in genere incommodi eſt, quod fere mala varia, febres putridas aliasque gaſtricas comitari ſolita, relinquantur u).

Eſt vero in judicanda hac febri *prognoſis* difficilis, incerta atque ambigua, ita ut vel optimorum praeſtantiſſimorumque ſignorum copia ſpem ſaepe fallat. Alii contra aegroti ſunt, qui certiſſima mortis ſigna prae ſe ferentes, valetudini reſtituantur v).

Proſper morbi eventus tum fortaſſe ſperandus eſt, ſi aegri antea fuerint ſani; ſi morbus ipſe non peſſimus ſit;

ſi

r) Stoll Aph. §. 382. Glass l. c. p. 93. Huxham p. 80. 89.
s) —— r. m. T. II. p. 39. T. III. p. 142.
t) Sarcone l. c. §. 412. 438. u) idem §. 411. &c. Glass p. 99.
v) —— l. c. §. 440.

ſi mucus, primis in viis corruptus, corporis ſuccos parum infecerit; ſi ſomnus naturalis atque recreans ſoporem ſequatur; ſi neruoſum ſyſtema non adeo affectum ſit; ſi ſudores lenes, calidi communesque opportune contingant; ſi fluxus ſanguinis, plethoricis ſolitus, pro virium ratione, appareat; ſi lingua antea ſicca atque immunda, fiat humida, coloremque naturalem paullatim recipiat; denique ſi febris aut prorſus remittat, aut in intermittentem abeat aliaque ſigna non ignota conſpiciantur w).

Summum contra mortis periculum imminet tum, cum pulſus minor, inordinatior, magis intermittens & adeo varius ſit; cum anxietates augeſcunt; cum ſudor frigidus inaequalis, viſcidus, anima frigida, reſpiratio laborioſa, ſuſpirioſa atque interrupta, vomitusque continui oriuntur; cum oculorum vigor fere extinguitur, ipſique veluti pulvere obteguntur, aut lacrymis, ſponte fluentibus, replentur; cum urina clara atque lucida manet, aut multum variat; cum hypochondria extenduntur; abdomen intumeſcit; profluvium ſanguinis, per vias varias prodit; ſedes nigrae, foetidae atque colliquativae apparent; ad animique deliquia aegri ſaepe inclinant, &c x).

 Quibus

w) Sarc. l. c. §. 438. x) Idem §. 430. &c.

Quibus breviter adumbratis, jam, quale diſcrimen inter febrim modo deſcriptam, atque ſic dictam bilioſam, intercedat, oſtendere conabor, ſub febri *bilioſa* intelligens *puram*, *ſimplicem*, *parumque* aut *prorſus non complicatam.*

Sed omnino monendum in quolibet morbo, ſive chronico, ſive acuto, nihil medico, qui quidem munere recte fungi ſuo ſtudeat, prius potiusque habendum eſſe, diligenti obſervatione *Conſtitutionis regnantis* cum aëris, tum temporum annuorum z), propterea, quod morborum & ſporadicorum & epidemicorum vis ab iis plurimum pendet. Unde Grant Obſervator diligentiſſimus idemque Medicus peritiſſimus veriſſime: „I am, from the reſult of my „whole experience, convinced, that if the weather and the „winds were as conſtant and regular as the lenght of the „days and nights, the epidemics would ſucceed each other „as regularly as the days of each month„ a).

Quam ipſam viam diu ante ingreſſus eſt Pater Auctorque Medicinae Hippocrates, cujus veſtigia diligenter perſecuti, praeter Grantium, Sydenham, Huxham, Stoll &c.

z) Vogel jun. Handb. für ang. Aerzte Tom. I. p. 22.
a) Grant l. c. in Introduct. p. IV. & XI.

Digitized by Google

&c. arti medicae plurimum lucis affuderunt, generisque humani ſoſpites veriſſimi facti, nominum ſuorum famam ad poſteritatis memoriam propagarunt. Atque haec eadem obſervatio, in conſtituendo febris utriusque diſcrimine, multum facere, mihi videtur.

Scilicet ut omnino *morbi bilioſi*, ita ſpeciatim *febres bilioſae* oriuntur fere medio aeſtatis; quo tempore ejus vis maxima eſt; item initio autumni: quae ipſae febres in quotannis redeuntibus, praecipuae ſiunt b). Quare vere Cel. Vogel *aeſtatem matrem* morborum *bilioſorum* putridorumque dicit c). Nec Hippocrati ignotum fuit, eidem anni tempori bilem flavam, autumno demum prodeuntem, deberi. Et Grantius ſaepe laudatus, *morborum bilioſorum* initium ordinarium ad Menſem Auguſtum refert d).

Febres contra *pituitoſae*, etiamſi anni tempus, a propria qualitate ſua parum recedat; tamen ex conſuetudine autumno jam provecto, & appropinquante jam hieme, aut etiam vere apparent, atque inter conſtitutionem aeſtivam atque hiemalem medium tenent. Quae quidem Stollii Vir. Cl. auctoritate confirmantur; qui ita: „plerumque mucoſae

b) Stoll Aphor. §. 343. Ej r. m. T. III. p. 139.
c) l. modo c. d) Grant l. c. p. 338.

„hae febres conſtitutioni *aeſtivae* & *hiemali*, ſi modo ſuum „haec tempora tenorem ſervent, *intermediae jacent;* ut uno „extremo bilioſos aeſtatis morbos contingant, altero hye„mis inflammatorios„ e).

Verumtamen haud negandum eſt, *febres pituitoſas* quovis alio tempore generari poſſe, praecipue per aerem nunc humidum, nunc frigidum, nunc calidum. Sic v. c. hyems clemens, ſed admodum inconſtans; frequentes imbres; Auſtri & Euronoti, &c. quatenus tranſpirationem ſupprimunt, corpus humoribus inutilibus atque nimis copioſis replere; humores expandere, partes ſolidas relaxare, ſanguinisque circulationem praegravare, multisque diverſis de cauſis ad procreandos morbos pituitoſos conferre poſſunt.

Praeter anni tempora, qualitatemque ſingularem, & *cauſam epidemicam*, quovis alio e fonte potius, quam aëris varietate repetendam, & non niſi propter obſcuritatem ſuam, inde potiſſimum ductam, etiam *complexus cauſſarum* reliquarum omnium, cum praediſponentium, tum occaſionalium, ad diſtinguendam febrim utramque inſervit.

Ne vero repetendis cauſis, proclivitatem ad morbos pituitoſos efficientibus, Lectorem defatigem, iis omiſſis, ad

e) Stóll l. c. Tom. III. p. 140. Ej. Aphor. §. 378.

ad utriusque febris proximam, natura potius & qualitate, quam ſede differentem cauſam, pergo.

Bilis, febrem biliosam excitans, non modo ſaepiſſime abundantior eſt, ſed etiam primis viis potiſſimum circumſcripta: *Mucus* aut *Pituita* contra primis in viis non modo minori quantitate, repe.itur, eoque veriſimillime e ſanguine deponitur, ſed maxima ejus pars, ſuper totam ſanguinis maſſam eſt diſtracta f). Ceterum, quibus rebus bilis a muco tenaci differat, notiſſimum eſt.

Sed propter hanc cauſſarum proximarum diverſitatem utriusque febris decurſum rationemque variare neceſſe eſſe intelligitur.

Ita v. c. *febris bilioſae* indicia & veluti praenuntia plerumque ſunt clariora atque certiora. Sic languor totius corporis ſingulis in membris, veluti genibus; rigiditasque in articulis ſubſiſtit; atque horripilatio cum calore mutat &c. g). Initium ejusdem febris fit a frigore aut horrore manifeſtiore, quibus per vices calor ſuccedit; capitis dolores ſtatim ab initio vehementiores vexant. Aegri ipſi acri capitis calore, vehementique oris labiorumque ſiccitate

f) Stoll r. m. T. III. p. 141. Vogel jun. l. c. p. 335.
g) Vogel jun. l. c. p. 315. Stoll Aphor. §. 348

Digitized by Google

te laborant. Exacerbationes vero atque remiſſiones, per febris decurſum, ſequentes, in febribus biliofis ſinceris multo ſunt clariores, & evidentiores; quae quidem probare videntur, bilem viis primis potiſſimum eſſe circumſcriptam.

Quibuscum ſi comparentur ea, quae de prodromis, initio progreſſuque febris pituitoſae dicta ſunt, utriusque diſcrimen non poteſt non agnoſci h).

In *pituitoſa* enim prodromi ſunt minores, nec adeo vehementes; initium morbi vix conſpicuum; & exacerbationes atque remiſſiones primis tantum diebus conſpicuae: febris remittens mutatur paulo poſt in continuam, typum hunc ad criſin usque ſervans, haud dubie ideo, quod cauſa per univerſam fere humorum maſſam fuſa patet i).

Porro totus *febris pituitoſae* decurſus eſt tardior, moderatior, nec ut *bilioſarum*, tumultuarius; ſitis initio omnino nulla: calor leuis, inaequalis ſed acris atque mordens; pulſus non admodum celer, ſaepe naturalis &c. Quae omnia in febribus bilioſis vehementiora ſunt: calor fortis; urens, verumtamen diverſus ab illo, qui eſt in febribus putridis: pulſus admodum celer, plenus neque du-

rus,

h) Glass l. c. p. 104.

i) Stoll l. c. Tom. III. p. 141. 144.

-rus, ſitis valida, totusque decurſus magis tumultuarius k).

In *febribus pituitoſis* urina clara, lympida, in *bilioſis* contra ab initio ſpumans, jumentoſa, flava, pinguis, ſaepius cum ſedimento lateritio l).

In *illis* ſenſus interni aut ſunt aut facile fiunt obtuſi, aegrique lethargici; jacent tranquilli, grauiter audiunt; inſenſiles ſunt, & accedens delirium mite, blandum, taciturnum &c. m). In *his* affectus capitis vehementiores, difficiliores, atque deliria, & alia quae nervis accidunt, interdum praeter omnem expectationem, multo vehementiora.

Quamquam nulla febris eſt, cujus in decurſu nervi non afficiantur; tamen in hoc genere diſtinguendum videtur, utrum affectiones hae a ſyſtemate nervoſo magis, ut ita dicam irritato, an debilitato proficiſcantur. *Illae*, mea quidem ſententia, ſaepius in febribus bilioſis, *hae* ſemper majores minoresve in pituitoſis n).

In *febribus bilioſis* facies aegri magis flaua, ſubviridis; rarius rubra, appareteque tum verſus labiorum angulos,

k) Selle Pyret. p. 227. Vogel jun. p. 335.
l) Stoll Aphor. p. 118. Vogel l. l. p. 318.
m) —— l. c. T. III. p. 143.
n) Elsner Beyträge z. Fieb. 1789. p. 86.

los, naſique pinnas color tantum flavus, ſubviridem imitans. Albugo oculorum ſaepe hic etiam flava, aut ſubviridis; ſplendorque elucet qualis lacrymantium. In febribus contra *pituitoſis*, facies fere pallida, ſubflava, ſaepe in lividum inclinans, & quaſi tumida: o) oculi turbidi, eorumqne ſplendor extinctus p).

In *febri biliosa*, lingua plus minusve obducta ſordibus luridis, ab initio fere partem tantum poſteriorem mediamque occupans, ſed paullatim ulterius ſeſe extendens. Guſtus, ſive ſtatim ab initio amarus, ſive diebus quibusdam interjectis. In *pituitoſa* contra ut notum, ſtatim ab initio fere tota lingua muco tenaci, albido, obducta: guſtus inſipidus, vappidus, interdum acidiuſculus, rarius amarus q). In *febrium biliosarum* decurſu ſaepius apparent vomitiones ſpontaneae materiae amarae & valde acris, atque ſedes & profluvia alvi bilioſa: r). In *pituitoſis* contra ſaepe tantum nauſea, & ad vomendum proclivitas, idque ob mucum tenacem, per fauces diſperſum, irritamentum continuum efficientem. Alvus ab initio fere obſtructa, & diarrhoea acceden-

o) Glass p. 103. Vogel jun. l. c. p. 336.
p) Sarcone l. c. §. 437. & Vogel l. c.
q) ——— l. l. §. 460.
r) Stoll Aphor. §. 348. Vogel l. c. p. 312.

cedente, ſedes materia mucoſa intermiſſae ſunt, ſaepe etiam cum teneſmo conjunctae.

Utriusque febris initio atque decurſu reperiuntur quidem ſudores; ſaepius vero, ne ſemper dicam, in *pituitoſa, ſymptomatici:* Quorum ſi odorem attendas, in *febri pituitoſa* invenies vappidum atque acidum, ſimilem aceti; in *illioſa* contra nidoroſum s).

Quod ſi *febre bilioſa* decumbentibus venaeſectio applicatur, ſanguis exit laete ruber; cruſta vero pleuritica, in cruore formata, plerumque eſt intenſe flava, ſerum autem ſubviride, flavum &c. t). In *pituitoſis*, ubi venaeſectio raro locum habet u), ſanguis ſuperductus eſt cruſta tenaci, mucoſa atque cinerea; cruor plerumque fuſcus, parum aut prorſus non coagulatus, nec niſi muco quodam cohaerens; ſerum ſaepe paucum, variique coloris v).

Febris utraque interdum, cocta antea morbi materia, viribusque naturae dijudicatur; verum tamen ſaepius atque perfectius *bilioſa* quam *pituitoſa*.

Quamquam vero in *pituitoſa* febri diarrhoea criſis eſt optima; tamen paullo vehementior, ſpem parvam facit w);

 nec

s) Stoll Aphor. §. 341. 348. & 728. t) idem p. 118.
u) Selle Med. Clin. p. 36. Stoll r. m. T. II. p. 165.

nec niſi moderata, & ſaepius rediens ſucceſſum promittit: ſimiliter vomitiones frequentes, faciles atque opportunas eſſe oportet x).

In *bilioſa* contra diarrhoea, vomitus, atque ſaepe cholera vehementiores ſunt, eamque feliciter tollunt.

Febres *pituitoſae* ſudoribus lenibus, calidis, non admodum frequentibus, ſuper totum corpus aeque fuſis, nec coactis ſaepiſſime iudicantur: y). *Bilioſae* contra plerumque vomitu ac Diarrhoea z).

Febris pituitoſa ſaepe etiam diſcernitur ptyaliſmo, nec neceſſe eſt, ut aphthae in ore atque faucibus cauſſae in communionem trahantur; a). ſaepe etiam *anacatharſi pituitoſa*; quod utrumque in febribus *bilioſis* non obſeruatur.

Urina critica poſſit ſane, aliquo modo, e vario ſedimenti colore diſcerni; verumtamen hoc nimis ambiguum & anceps eſt putandum.

In *febribus pituitoſis* exanthema miliarium ſaepe *criticum* eſt, praeſertim, quorumdam ex opinione, album b).

x) Stoll Aphor. §. 382.
y) Vogel jun. l. c. p. 335. Huxham l. c. T. II. p. 88. Grassl. c. p. 95.
z) ——— p. 324. a) Huxham l. c. p. 89.

b). In *bilioſis* numquam; ſaepe adeo periculoſum, praeſertim tractatione nimis calida, coactum, aut evacuationibus, mature neglectis, effectum. Verum tamen ſunt, qui etiam in bilioſis exanthema miliarium criticum ſe obſervaſſe dicant c).

Conualeſcentia febrium *bilioſarum* celerior quam *pituitoſarum* eſt; ſed recidivum in illis, multo frequentius quam his d).

Tandem prognoſis febrium *pituitoſarum* multo, quam *bilioſarum* incertior magisque ambigua habenda e).

Sed ultro fateor, ut diuerſitates hae expoſitae, ſingulatim atque per ſe ſpectatae, ad diſcernendum parum aut nihil faciant, ita conjunctim, mutuaque circumſcriptione conſideratas, diligentique una omnes examini ſubjectas, ad dijudicandi firmitatem non parum allaturas. In quo quidem ſumma medici ars ponenda.

His, quoniam utriusque febris diuerſa tractatio eſt, de modo *febris pituitoſae* tractandae, addere quaedam placet.

Sed haud a loco alienum eſſe arbitror, admonere, hoc in genere praecipue id reſpiciendum eſſe, quod in *pi-*

 tui-

b) Stoll Aphor. §. 382. 742. Ej. r. m. T. II. p. 39. 162. Tom. III. p. 142. Vogel inn. l. c. p. 265.

tuitoſa ſemper major minorue debilitas adſit, quoque ſyſtema nervoſum plus minusve affectum f), atque, praecipue, progreſſu morbi inclinatio ad humorum putredinem facillime accedit. Unde Selle V. S. *febres hae multo periculoſiores ceteris putridis ſunt, quod naturae vi carent g).*

In tractanda igitur febri diligenter inquirenda magnitudo, gradus naturaque & qualitas morbi: Praecipue

1. Num mucus utpote cauſa proxima, ſit purus nec dum corruptus.
2. Num magis corruptus atque putridus ſit, qui corruptione ſua maſſam ſanguinis infecerit.

Priori in caſu indicationes ita ordinem, ut

1. *Mucum diluam, reſolvam, & quam celerrime, viaque & breviſſima & commodiſſima e corpore ejiciam.*

Remedia vero, hanc indicationem promoventia, ita comparata eſſe oportet, ut partium ſolidarum vim ne debilitent, earumque potius efficaciam neceſſariam conſeruent, aut pro temporis atque rei ratione, ſuſtentent atque leniter excitent.

Unde ſalia media, quae reſolventium loco adhibere licet, mitiora atque leniora eſſe neceſſe eſt h), quippe quae

ſolidas

f) Stoll Aphor. §. 712. Elsner l. l. p. 33.

g) Selle Med. Clin. p. 36. h) Stoll l. c. Tom. II. p. 43.

Digitized by Google

ſolidas corporis partes quam minimum debilitent: e quo genere ſunt: Terra foliata tartari, Tartarus tartar. Sal ammoniacum; Tartar. ſolubilis; Arcanum ſic dictum duplicatum; doſes parvae ſalis Glauberi, Polychreſt. Seignette &c.

Porro proſunt varia Praeparata e Stibio; ut Kermes mineralis; Sulphur auratum Antimonii Gœttlingi, aut tert. praecip.; Tartar. emet. Aqua bened. Rul. aliaque parvis praebitionibus aut ſola, aut in connubio ſalium mediorum, ſupra laudatorum.

Item variarum radicum herbarumque decocta aut infuſa, praeter qualitatem diluentem & reſolventem, habere neceſſe eſt vim leniter ſtimulantem, excitantem; ad quos tamen potus aegri non aeque, atque in bilioſis aliisque febribus acutis, cogendi ſunt.

His & aliis ſimilibus remediis oportet colluviem diſſolvi, extenuari, ad primas vias derivari; niſi forte ſtatim ab initio ſit mobilis & evacuationi apta: quo in caſu, propter evacuationem mature neglectam, praeparatio haec inutilis atque adeo noxia habenda videtur.

Ad quorum remediorum efficaciam ſuſtentandam, utiliſſimae videntur frictiones abdominis totiusque corporis, tum manu, tum pannis laneis fumo ſuccini,

Digitized by Google

Olibani, Maſtich. Baccar, juniper. &c. impraegnatis, applicatae.

Sub quibusdam conditionibus, varioque reſpectu admodum etiam proſunt Epiſpaſtica & Veſicatoria, ſive febris initio, ſive ejus progreſſu i).

Quibus aliisque ſimilibus modis ſi colluvies mobilis facta eſt, ipſa continuo, ac ſine mora, ſive per Vomitoria, ſive purgantia lenia, ſive, quae longe his praeſtat, per Emeto-catharſin lenem eſt expellenda k).

Eidem fini proſit etiam Tartarus emeticus, ſive ſimplex, ſive ſale medio leni, aut radic. Ipecacuanh. miſtus, item rad. Ipecacuanh. conjuncta cum kerme minerali, aut ſulph. aurato antimon. Quin etiam Infuſum rad. Ipecac. necnon aq. bened. Rul. Infantibus vero Vinum antimoniatum Huxhami &c. ſed in tota hac ratione intelligendum, pro temporum conditione, nunc hoc nunc illo remedio, eodemque nunc ſimpliciter, nunc cum aliis conjunctim utendum eſſe.

In purgantibus, non nimis mature tamen adhibendis, commendenda rad. Rhabarb. raro pura, tutius ſale medio miſta, aut Calomelle conjuncta, ſive Tinct. rhabarbar.

aq.

i) Huxham l. c. T. I. p. 171. Stoll l. c. T. II. p. 44. 164.
k) Stoll l. c. Tom. II. p. 163.

VA 11534360

Digitized by Google